BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 76r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sibi miscent trib. sz ita maneant
ut a dño separate sunt. Fecerunt quoque filii
salphaat ut fuerat imperatum. et nupserunt
maala et thersa. et egla. et melcha. et noa.
filius patrui sui de familia manasse.
qui fuit filius yoseph. et possessio que illis
fuerat attributa. mansit in tribu et fa
milia patris earum. Hec sunt mandata
atque iudicia que precepit dominus per
manum moysi ad filios israel in campes
tribus moab. super iordanem contra yericho.

Incipit abdabarim qui de
ytronomius prenotatur. cap. I.

Hec sunt verba que locutus
est moyses ad omnem israel
transiordanem in solitudine
campestri contra mare ru
brum. inter pharan et tho
phel. et laban. et asseroth. ubi
auri plurimum est. xi. die
bus de oreb per viam montis
seyr. usque cades barne. xl.
anno. xi. mense. prima die
mensis. locutus est moyses
ad filios
israhel
omnia
que
precep
at il
li dominus
ut
diceret
eis.
postquam
percussit
seon regem amorreorum qui
habitavit in esebon. et og re
gem basan qui mansit
in asseroth. et in edrai. trans
iordanem in terra moab. Ce
pitque moyses explanare
legem et dicere. Dominus
deus noster locutus est ad nos
in oreb dicens. Sufficit

nobis quod in hoc monte mansistis. re
vertimini et venite ad montem amor
reorum et ad cetera que ei proxima sunt cam
pestria. atque montana. et humiliora
loca. contra meridiem. et iuxta litus maris.
terram chananeorum et lybani. usque ad flu
men magnum eufraten. En inquit
tradidi vobis. ingredimini et possidete
eam. super qua iuravit dominus patribus
vestris. abraham. ysaac. et yacob. ut da
ret illam eis. et semini eorum post eos.
Dixique vobis in illo tempore. Non solus
possum sustinere vos. quia dominus deus vester
multiplicavit vos. et estis hodie sicut
stelle celi plurimi. Dominus deus
patrum vestrorum addat ad hunc numerum
multa milia. et benedicat vobis sicut lo
cutus est. Non solus valeo negotia vestra
sustinere. et pondus ac iurgia. Date est vobis
viros sapientes et gnaros. quorum conver
satio sit probata in tribubus vestris. ut po
nam vobis eos principes. Tunc respondistis
michi. Bona res est quam vis facere.
Tuliquoque de tribubus viros sapientes et
nobiles. et constitui eos principes. tri
bunos et centuriones. et quinquagenarios
ac decanos. qui vos docerent singula.
Precepique eis dicens. Audite illos. et quod
iustum est iudicate. sive civis sit ille
sive peregrinus. nulla erit distantia per
sonarum. Ita parvum audietis ut mag
num. nec accipietis cuiusquam personam.
quia dei iudicium est. Quod si difficile
vobis visum aliquid fuerit. referte
ad me. et ego audiam. Precepique omnia
que facere debetis. Profecti autem de o
reb. transivimus per heremum terribilem.
et maximam solitudinem quam vidistis.
per viam montis amorrei sicut pre
cepit dominus deus noster. Venistis ad
montem amorrei. quem dominus deus vester
daturus est vobis. Cumque venissetis
in cades barne. dixi vobis. Vide
terram quam dominus deus tuus dabit
tibi. ascende et posside eam sicut